



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 64. Benno ab Adriano in Sanctorum album relatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 1523.

§. LXIV.

Benno ab Adriano in Sanctorum album relatus.

Surius p. **H**oc item anno Adrianus Papa S. Benonem, & Antoninum Florentiae Archiepiscopum solemnni ritu in Sancto not ad Mar- rum numerum adscripsit. Horum pri-
242. **Baron in** **tym. p. 254.** **Bolland fol.** **188.** **Baillet die** **26. Jun.** **H**oc item anno Adrianus Papa S. Benonem, & Antoninum Florentiae Archiepiscopum solemnni ritu in Sancto not ad Mar- rum numerum adscripsit. Horum pri-
mus prope Goslariam Anno Domini mil- lesimo decimo primam lucem aspexit: Hildesheimii vero, quod inferioris Saxoniæ oppidum est, in Brunsvicensi Ducatu situm, a Bigerio Monasterii ad S. Michaelem Priore non modo literis, sed maxime virtutum studio imbuebatur, sub au- spiciis Bernardi Hildesheimensis Episco- pi, quem Benno sanguine contingebat; cum autem decimum octavum ætatis annum ageret, Monachorum familiæ adscriptus sacri Codicis sanctorumque Patrum studio sedulam adeo operam na- vavit, ut Dectoris nomine honorari me- reretur, dein triginta annos natus sacro Presbyteratus ordine initiabatur, id ju- bente Adalberto Abate, quo fatis fun- cto Monachi Bennonem subrogare me- ditabantur, ac plurimorum suffragia jamjam in eum conspirabant, cum ve- ro eorum alii Sigeberto suffragarentur, Benno Competitori suo lubens cessit, contentus, ut in solitudine, ac crebris Reli-

Religiosarum virtutum exercitiis Deo ^{Sæcul. XVI.}
deservire posset. Nihilominus in Gos- ^{A.C. 1523.}
lariensis Ecclesiæ Canonicum nomina-
batur, ubi vitæ Monasticæ, quam pro-
fitebatur, exercitiis constantem dicabat
operam. Postea inter Canonicos Theo-
logus ac Magister electus, septemde-
cim omnino annos hoc munere fungi-
batur, demum vero ab Henrico IV. Im-
peratore Misniæ, a qua urbe Misniensis
Provincia in superiori Saxonia nomen
trahit, ad Archiepiscopatum nominaba-
tur, & quamvis collato honori diu ob-
luctaretur, tandem ab Archiepiscopo
Magdeburgensi inauguratus est, ubi
post hæc omnes suos labores atque vi-
gilias Ecclesiæ suæ bono penitus sacra-
bat, cunctasque boni Pastoris partes ex-
plebat. Turbabatur quidem pia ejus-
dem tranquilitas bellorum tumultibus,
quos in Ecclesia, atque Imperio Hen-
ricus IV. fuscitabat, Benno tamen in
gratiam Gregorii VII. redire anhelabat,
eo duntaxat fine, ut Ecclesiam suam
sacræ Sedis obsequio constanter addi-
ctam servaret; hinc ipsis etiam Romam
contendit, præfensque adfuit Synodo,
in qua Cæsar Sacrorum usu interdice-
batur, qua de re multis dirisque vexa-
tionibus premebatur. Tandem plus San-
ctitatis suæ meritis, quam annorum
numero gravis die decima sexta Junii

U 4

Anno

Sacul. XVI. Anno salutis millesimo centesimo sexto
 A.C. 1523 nonaginta sex annos natus, sancto fine
 quievit, postquam quadraginta omnino annis Episcopatum suum rexisset.

Hujus Viri Sanctitatem Deus crebris ad ejus tumulum patratis miraculis testatam fecit, quibus rite probatis de ejus Canonisatione agebatur. Corpus ejus, quod in quodam Ecclesiæ angulo absque apparatu sepultum jacebat, sub annum Domini millesimum ducentesimum septuagesimum ab Vitigone Episcopo exhumatum solemni ritu translatum est, ejusque Reliquiæ in splendida tumba in medio Ecclesiæ erecta repositæ. Evidem jam tum de illius Apotheosi tractari cœperat, totum tamen negotium usque ad Alexandri VI. Pontificatum differebatur, qui quosdam nominabat Cardinales, ut in Bennonis vitam, & miracula inquirerent; rursus vero hæc acta intercipiebantur tum Pontificis tum Deputatorum obitu; tandem autem ultima manus operi admovebatur sub Adriano VI. qui Bennonem Cœlitum numero adscripsit, ejusdemque solemnia celebravit hoc anno die trigésimo primo Maji, in quem SS. Triadis Dominica inciderat.

§. LXV.